Secunda pars principalis Tractatus De Aſtrolabio/ Diuerſorũ terminorum Interpretationes/ Definitiões Et Declarationes Nec nõ Vſus multiplices Aſtrolabij luci diſſime ex- planat.

Propoſitio Prima Secũde partis pricipalis.

VOCABVLA ASTRO
labici negocij ꝓprie: dilucide & breuiter enũciare. ¶ Cõ-
munis eſt fere omnium philoſophorum precipue tamẽ
peripateticorum ſententia. Quid nominis in omni ſciẽtia
præſupponi. Nominis enim interprætatio nec nõ diffini- Primo poſte.
tio (vt diuo placuit hieronymo) diligẽter eſt aduertenda.
Qua ſpreta facile decipimur ac deludimur. Ad ſtipulan-
te Tullio primo offi. cum inquit. Omnis quæ a ratione ſu Primo Elen.
ſcipitur de aliqua re inſtitutio debet a definitione profici-
ſci: vt intelligatur quid ſit id de quo diſputetur. Terminos igitur quibus vtemur (pau
cis præambulis accõmodatis) intellexiſſe conſilium eſt. ¶ Licet ad ſtellarũ cœlo hæ-
rentium obſeruationes ſm diuerſas ad Solem & Lunam reliquaſq; ſtellas erraticas.
Item ſm varias ad horizontem & inter ſe habitudines vtile. Ptolemeus Alexandrinus
procudi docuerit in Octaua magnæ conſtructionis mathematice libro inſtrumen-
tum. Sphæra ſolida aut aſtrolabiũ ſphæricũ appellatũ. Aſtrologice ſcientie profecto
organũ excellentius & præceteris nobilius: tum quia inſtar firmamenti eſt compoſi-
tum tum quia ſyderibus: cœleſtibus imaginibus & ſtellis firmis accõmodatius. Quia
tamẽ ꝓpter eius magnitudinẽ & ob magnã impenſam ad id cõficiendũ: nõ datur faci-
le copia ipſius. Iccirco ne ſtudioſi ſyderalis ſcientieæ ſuo omnino priuarentur vſu lo-
co ipſius aſtrolabium aut planiſpheriũ accipere ꝑſuaſi ſunt quoniam cõmodiſſime.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn264823915/85 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG